

rūm cūm ad eos respicio qui erudire homines proficentur absterreo, mihiq; cōsideranti vnusquisq; illorum longē ab ea re quam prae dicat, alienus esse videtur. Et vt verum tibi fatear, non habeo quo patris filium meum ad philosphiam exhorter & pro-uocem. socr. O amice Crito, an ignoras in quouis studio viles & nullius pretij homines permultos esse? probos verō paucos, eosq; maximo in pretio habendos esse. Nōne tibi videtur pulchrum quiddam esse gymnastica, mercatura, rhetorica, res militaris? cr. I. Mihi certē socr. Nōne vides in vnaquaq; hārum artium multos ad opus vnum quodq; ineptos & desidiosos? cr. I. Ita est, ac vera nimium loqueris. socr. Ergo hac de causa studiāne fugies omnia, & illa filio distuladebis? cr. I. Haud decet, o Socrates. socr. Caeuere ne quod dedecet, agas, o Crito. Mitte curā hanc, vtrū boni sint homines philosphiae studiosi, vel malierem verō ipsam diligēter examina. Si inquirenti res praua videbitur, nō solū filios, sed omnes homines absterreo. Si autem tibi talis, qualis & mihi appareat, sequere eā viriliter & exerce, atque ad idem studium filios cohortare.

HIPPIAS MINOR,
VEL, DE MEN-
DATIO.

MARSILIUS FIGINIUS
ARGUMENTVM.

Mestica Socratis Platonisque nostri boni ac cū diligentissimē multa vbiq;e modis prouidēt ne inuentus credula subdolis sophistarum aucupij capiat, captiq; perdat, nō iniuriam Hippiaem Eliensem sophistam in insolentissimū atque salacissimum duobus dialogis agit, Maiore videlicet atque Minore. In maiore quidem demonstrat Hippiaem verum professorem pulcherrimū omnino quia ipsa pulchritudo sit ignorare. In minore verō eundem se testantē quod ante alios mendacem a vera ce discernat, ostendit in vtriusq; definitione prorsus errare: vt pateat Hippiaem, vt omnium arrogatissimum esse, ita & ignorantissimum esse, atque ineptissimū apparere. Mitto nunc quod eum vt mos est sophistarū ad abudandum & temerariū animumq; depingit: & cūm promittat omnia, in omnibus autem verba, nihil verō praestant: cūmque maxime gloriatur, vel in minimis claudicat. Sed vt ad mendacem maxime veritasq; definitionem redeamus, mendax nō describens erat, qui maxime velle, vt cumq; possit sciat, mentiri. Perax autē cetera, qui maxime velle, vt cumq; possit sciat, vera loqui. At Hippiaem intertissimum artium magister esse omnia, confusissimūque veritas mendacisq; discreton, ordine definit opposito, dicitq; mendacem qui maxime possit sciat, mentiri quatenusque voluerit: veracem vero, qui quādo cūq; voluerit queat & sciat vera loqui. Vnde cogitur primū fateri mendacem esse potētē, scientē, prudentē, sapientē. Deinde & bonos ad illa ad que potentes sint atque sapientes. Tertio per arte singulas deducendo compellitur in quālibet tā re q̄e facerit eandē esse veracem atque mendacē, quod neq; ueracē ab initio Siquidem, in quālibet ille qui optimū callet, idē maxime potētē & sciat pro arbitrio vera loqui pariter atque mentiri. Quārto ad concedendum inducitur veracem nihil meliōre esse mendacē, quandoquidē quāuis sufficiens bonusq; est verax ad loquendū vera, tam sufficiens bonusq; appareat mendax ad mentendū. Post hanc Socrates sophistā in ambiguitate adducit, vtrū delinquat grauius, nū qui mentiri volens, an qui volens? Id verō sophistā nescit soluere, neq; Socrates quidē soluere vult sophistā. Est autē ita soluendū, in his quidem quis ad intelligentiam pertinet minus errare qui mentiantur sponte: in his autē quae ad mores spectant, errare magis. Eum verō qui volens dicit mendacem, contra se habere. Deinde ambiguitate vtrū magis errēt, nū qui dedit opera, an qui infirmus est vel ignorat peccant: probatq; longis inducitur omnibus ambiguitatibus in his quae ad naturā & arte, illarumq; instrumenta pertinent, veracem esse vtrum vel impotentia vel ignorantiaone contumeliam, quāuis multatā perpetratim. Siquidem naturā bonam in ipsa potentia, bonū vero arte in hac ipsa, atq;

In quo
vtilitas
vires
pernitas
pro-
bo-
vero
puro-
tate.

insuper in cognitione consistit. Malum igitur in oppositū. Ex his autem extra propositum Socrates ad mores trāsferit, cōcludens idem in genere morum, quod & in natura artiq; gene-re. Quod quidem est intelligit Socrates fieri non debere, sed etiam declarare sophistam in nequaquam animaduertere. Profecto in his quae ad voluntatem morijq; pertinent, grauius delinquit malitia, id est quā ad voluntatem peccandi, quā si vel per se potētiam esse dicit vel potentiam, vel scitū, vel vtrūque. Mendere sciebat, sed volebat tertium, scilicet vel voluntatem, iustitia eum maxime in voluntate consistit, vero declarare voluit latere sophistā. Sed iam arguēctum superioribus praeceptis his concludamus. Docendum sine iniuria. Absque rubore discendi. Gratia semper habēda docenti. Aliena inuētē sibi non usurpanda.

EVDICVS, SOCRATES,
HIPPIAS.

V verō quidnam taces Socrates, cūm tam multa Hippias hic ostendit? Cur nō aut comprahas didorū aliquid, aut redarguis si quid minus rectē dicit tibi videtur praeteritum cum & ipsi inferiores discerimus, qui nobis non mediocriter philosphiae studium vendicamus? socr. Sunt Eudice nōnulla ex his quae circa Homerum dicebat Hippias, de quibus perferō tibi cupio. Audiuē quidem ex Aemētorū patre tuo, Iliadem apud Homerum eo praetiarum poema esse Odyssea, quō Achilles Vlyse praestantior. In Achillem nanque poema vnum, in Vlysem alterum aciebat esse cōpositum. De hoc ergo sciscitari ab Hippia, si modo ei placeat, affecto, vtrum illorum hominum praestantior afferat, postquā alia multa ac varia de Homero, ceterisq; poetis tibi nobis ostensa. EVD. Nulla prorsus inuidia prohibet quō Hippias interroganti respondeat. Respondebis necne Hippia, si quid Socrates querat? HIP. Haud rectē agerem Eudice, si nunc Socrates interrogatorem fugerem, qui solitus sim semper ex Elide patria ad Olympica ista, quō Graeci ad cōmūnem celebratam vndique conflunt me conferre, ipsūque me ibi apud templum praebere cuiq; declaratē quodcūq; demonstrati quis cupiat, & ad interrogatōnes singulas respondētē. socr. O quam felix tibi fors cōtigit Hippia, si adeo confusus animi sapientia qualibet Olympiade ad factus aduentus. Mirarer profecto si quis circa corporis exercitacionem athleta illuc certaturus accederet tam corporis viribus, quā tu mētis subtilitate confusus, HIP. Merito sic affectus sum Socrates: nā ex eo tempore quo capsi in Olympicis exerceri, neminē reperi adhuc me aliqua in resuperiorē. socr. Praetalarum hercle quod ais Hippia, atq; hac gloria tua & Eleorū ciuitatū & parentibus erit quoddā sapientiae monumentum. Verūm quidnam de Achille & Vlyse iudicas? Vtrum horum praestantiorē, & quae in te putas? Petro dō multi intus essemus, tūq; differeres, quidam me verba subterfugerunt: pigrit tamen perquirere, tum q; turba erat intus plurimā, etiā ne orationi tuae impedimento forem. Nunc verō postquam pauciores sumus, & Eudicis hic quārere iubet, liquidus nobis ostendē quod de his viris dicebas, quōve pacto diudicabas. HIP. Volo equidem Socrates aperiri quā tunc in praesentia referre, quae de his & de aliis sentio. Homeri affero omnū qui ad Troiam peruenerunt, optimū virum fuisse Achillem, sapientissimum Nestorem, apprimē versutū multiformēq; Vlysem. socr. Pater o Hip-

pia an mihi in hoc gratificaberis? ne me videlicet rideas, si ad percipiendum tardior fuero, ac sapius requisitior? Dignare mihi obsecro libenter ac facile respondere. HIP. Turpe quidem esset o Socrates, cum alios eadē docerem, & pro his pecunias exigam, si tibi querenti non indulgerem, nec lato animo responderem. socr. Praelare admodum loqueris. Equidem cum optimum virum Achillem fectū fuisse dicebas, sapientissimum Nestorem, visus mihi sum quod dices intelligere. Cum verō Vlysem versutum & multiformem, vt verum fatear, quid significare velles, non intellexi. Atque mihi dicas: forte enim hinc magis percipia: nunquid & Achilles ab Homero multi formis versutusque inductus fuerit, necne? HIP. Minimē o Socrates, sed simplex omnino. Quoniam in supplicationibus ipsis cum eos disceptantes inducit, ita aduersus Vlysem loquentem facit Achillem,

Quidnam generose doli fabricator Vlysser, Conuenit intrepidē me vestra resellere dicta, Vt fieri debere puto, fallacibus ipsam Ne me sedentes hinc obtundatis & illine. Is magis est quoniam quam nigri ianna Ditis Infusus nobis, aliud qui peccatore claudit, Inde palam profert aliud quod canque videtur. At ego nunc dicam, credo velut esse futurum.

His in carminibus morem vtriusq; declarat, Achillem esse veracem atque simplicem, Vlysem versutum atq; mendacem. Hec siquidē apud eum Achilles aduersus Vlysem infert. socr. Videor iam quod ais, o Hippia, quidem intelligere. Versutum enim mendacem vocas, vt apparet. HIP. Maximē quidem o Socrates. Talem nempe Vlysem saepe & in Iliade, & in Odyssea fingit Homerus. socr. Ergo existimauit Homerus alium quidem esse veracē virum, alium verō mendacem, neq; vtrūq; eundem esse. HIP. Quid prohibet Socrates? An idem & ipse senes Hippia? HIP. Maximē omnium. Nimis enim errarem, si aliter ipse sentirem. socr. Homerum quidem igitur mitamus, cūm ab eo sciscitari non liceat, quare eius fuerit in condendis his carminibus sententia. Postquam verō tu causam suscipis, tibiq; ea videntur quae dicere Homerū ausis, pro Homero simul ac teipso responde. HIP. Eiet interroga paucis quod lubet. socr. Mendacē sine vocas illos qui facere aliquid nequeant, vt inualidos defessosq; an eos qui facere aliquid possint? HIP. Potētes & maximē quidem, cūm in aliis multis, tum etiam in decipiendis hominibus. socr. Potentes itaq; sunt secundum sermonem tuum atq; versuti, nōne? HIP. Certē. socr. Versuti verō sunt & subdoli soliditate quadam & imprudentia? an astutia potius atque prudentia? HIP. Astutia maximē omnium atq; prudentia. socr. Prudentes ergo sunt, vt videtur. HIP. Valde pro Iouem. socr. Prudentes verō cūm sint, ignorantne quod faciunt, an sciunt? HIP. Imō sciunt maximē. Nam ob hoc alios seducunt. socr. Cūm ergo scientes sint harum rerum quas sciunt, vtrum insipientes sunt, an potius sapientes? HIP. Sapientes videlicet in his ipsis ad decipiendum. socr. Siste obsecro, repetamus dicta, vt quid dicas, insipientibus. Mendacēs esse ais, potentes, prudentēq; scientes item & sapientes circa illa de quibus mendaces. HIP. Aio. socr. Alios autem veracēs esse, alios contrā? HIP. Aio & ista. socr. Ex hoc ergo sequitur, vt mendaces ex potentium sapientiumq; numero sint. HIP. Maximē

socr. Cum verō dicis potentes & sapientes esse mendaces ipsos ad eadem, vtrum dicis potentes esse mentiedum si velint, vt impotentēs ad ea quae mentiuntur? HIP. Potentes equidem. socr. Vt ergo summam dicamus, mendaces sunt qui ad mentiedum potentes sapientēq; sunt. HIP. Planē. socr. Ergo qui vir mentiri nequit, neque scit quicquam, non erit mendax. HIP. Sic est. socr. Potens autem est qui facit quod vult, & quando vult, haud morbo vel quibuscūq; talibus impeditum, in quō, vtrūm quē admodum tu meum nomen, quere sciscitāq; vis, scribere potes, ita nunc interrogo. An nō hominem sic affectum, potentem vocas? HIP. Sanē. socr. A. Die o Hippia, nōne es numerandi computandiq; peritus? HIP. Maximē omnium. socr. Siquis ergo te percontetur ter septingenta quantum compleant numerum, nōne, modo velis, omnium quā ocyssimē atque maximē de his respondebis? HIP. Profecto. socr. A. Nunquid ex eo quod circa ista potētissimus & sapientissimus es? HIP. Nempe. socr. Vtrum sapientissimus es ac potētissimus dūtaxat? an etiā circa eadem optimus, circa quae sapientia & potentia praestas, hoc est in numeris computandis? HIP. Ex optime insuper Socrates. socr. Vera itaque de his praeter ceteris maximē dicere posses, an nō? HIP. Reor equidem. socr. An & falsa circa eadem? Age nunc Hippia, vt & supra generose magnificēque responde. Si quis querat ter septingenta quot sunt, tūne magis de his mentire, semperq; secundum eadem falsa de his pronuncias, mentiris, & nunquam vera proferre volens an qui numerorum ignarus est, poterit magis mentiri quā tu, etiā si mentiri volens contra potius ignorans saepe dum volet falsa proferre, vera fortis praeter sententiam proferet, quia rem ipsam ignoret: tu verō quum sapiens sis, semper dum mentiris volens, similitur mentieris? HIP. Est vt dicis. socr. Mendax itaq; vtrum circa alia mendax est, non tamen circa numeros, neq; de numero mētietur? HIP. Imō & circa numeros. socr. Ponamus igitur hoc Hippia, circa computationem ac numerum aliquem esse mendacem. HIP. Certē. socr. Quis hic erit? necesse est vt mentiri possit, vt ipse dicebas, si mendax futurus est. Nempe abs te dictum est, si recordaris, cum qui mentiri nequeat, non esse mendacem. HIP. Recordor equidem, atq; ita dictum. socr. Nōne paulo antē constitit te esse ad mentiedum in computandis numeris potētissimum? HIP. Ita dictum fuit & istud. socr. Num & quāuis maximē es ad vera profertenda de numeris iudicem potens? HIP. Valde. socr. Idem ergo potētē maximē in computando vera loqui, atque mentiri: si autem est qui bonus est in numeris videlicet computator. HIP. Sic omnino. socr. Quis igitur alius Hippia in computando fit mendax, nisi qui ad idem bonus? Hic enim potens, hic & verax. HIP. Apparet. socr. Cernis eundem mendacem esse in his atque mendacem, & nō nihil meliorem mendacē ipso veracem esse, idem nanq; sunt, neque valde contrarij, vt tu nuper existimabas. HIP. Haud certē nunc in his apparet. socr. Vides in aliis quoque consideremus? HIP. Velubet. socr. Nōne es & geometriae peritus? HIP. Sum. socr. An non idem in geometria contingit idem falsā quam maximē de figuris pronuntiare potētē, qui & vera. Est autem is geometria. HIP. P. Profecto. socr. A. An alius ad haec praeter hanc bonus? HIP. Non alius. socr. A. T. Nōne bonus ac sapiens geometria

veraque potest: Et si quis alius in figuris mendax, is maxime qui in seidem est bonus: hic si quidem potens, malus autem ad mentium impotens, neque unquam sic mendax qui est impotens mentis, ut est concessum. *II. P. Sunt hæc. s. o. c. Tertium in super inficiamus altronomum, quam ipse atem magis etiam quam superiores, soles Hippiam profiteri, sic ne? II. P. sic certe. s. o. c. An non eadem in Altronomia contingunt? II. P. Consentaneum est d. Socrates. s. o. c. Quare & in altronomia si quis alius mendax, is erit maxime, qui bonus altronomus. Is namque mentiri summopere potest, neque enim qui impotens est in inficiis est. II. P. Sic apparet. s. o. c. Idem erit & in altronomia verax erit & mendax. II. P. Videtur. s. o. c. Age Hippiam, passim ita per omnes scientias cogita, num ita sit, an aliter. nam ante alios omnes plurimis artibus es ornatus. Quem ad modum ego te quandoque iactantem audivi, quod sapientia multa exoptandam præ ceteris abundare, & in foro inter mentas disputando deambulantem: quom diceret te quondam Olympiam adisse, & omnia que habebas corporis ornamenta propriis manibus confecisse. Primum quidem anulum quem habebas (hinc enim percipit) tuum fuisse opus, quasi esse seculpendi peritus quinciam sigillum quoddam tuum opus, & strigilem, & vasculum in vnguentarium similiter opus tuum, foccos quinciam tuis confectis manibus, pallium & interulam abs te contextam. Quodque admodum mirabile visum est, & singularis sapientie indicium, cingulum mendax ostendit te opus tuum Perficis pretiosissimi simile. Item tua quædam poemata, epicos versus, tragædias, dithyrambos, & orationes plurimas, variisque liberioribus numeris compositas: præterea te illa que in superioribus commemorabam ante alios omnes tenere, & in rythmis harmoniisque & descriptionum rebus, ac in ceteris generis huius permultis, si recte recordor, excellere. At vero præter miseram tuæ memorie artificium, quo polleat mirum in modum mihi videris, forte verò & alia multa sum oblitus. Verum quod dixi, & in tuas (que multæ nimis sunt) & in aliorum artes respiciens, dic age, si repereris vquam ex his que inter nos cõcessa fuerunt, à mendace veracem esse diuersum, neque eundem existere. In qualibet autè sapientia calliditate, vel quomodocumque appellare iuvat, quære. Sed nunquã õ amice, inuenies neque enim est vquam: quod si est alicubi, dicas. II. P. Haud in presentia inuenio Socrates. s. o. c. Neque inuenies post hæc, ut arbitror. Si autem vera loquor, recordare Hippiam, quid ex superioribus sequitur. II. P. Non satis aduerto quod loqueris Socrates. s. o. c. Nihil opus est in presentia memorie artificium: patet enim quod non putas oportere, sed ego tibi memoriam reducam. Recordaris dixisse te Achillem virum fuisse veridicum, Vlysem verò mendacem atque versutum? II. P. Vtique. s. o. c. Nunc autem sentis eundem apparuisse veracem esse atque mendacem. Ideoque si mendax erat Vlyses, erat & verax. Item si veridicus Achilles, erat & mendax: neque differentes hi viri inueniem, neque contrarij, imò similes extiterunt. II. P. Semper tu quidem Socrates, captiunculas tales contextis, & occupans quod in sermone molestissimè ed, ad hoc infas, & minima queque contractas, neque aduersus totam rem ipsam de qua est sermo, contendis. Nanque si velis, nunc pluribus argumentis sufficientique ratione ostendam tibi Homerum,*

Estem Cæro h. de orat.

Vlyse meliorem Achillem veracemque fuisse: Vlysem verò subdolum, & in pluribus mentientem, atque Achille deteriore. At si tibi placet, cum mea orationem tuam compara, qua ostendas alterum meliorem esse: atque ita præsentis hi magis intelligent, vtr nostrum rectius loquutus fuerit. *SOCRATES.* Haud illud dubito, vel contendo Hippiam, quo minus me sapienter videaris. Verum consueui semper, cum aliquis de realiqua disputat, diligenter attendere, præsertim quando qui loquitur, sapiens esse mihi videtur. Tunc sanè audis intelligendi quod dicit, percontor, expendo, atque æstimo, ut clarius dicta percipiam. Similem dicentem ipsum parufacio, neque requiro ab eo quicquam, neque quid dicat, attendo. Atque hæc ipsa coniectura comprehendens, quos æstimem sapientes. Cernes enim me verba illorum ac curatissimè auscultantem, fescitantemque ab illis, ut aliquid discendo in vita proficiam. Et nunc quidem quum dicta tua animaduertentem, quibus illorum carminum telimionio Achillem ostendis aduersus Vlysem, ut iactabundum dicere, mirum quiddam mihi visum est, si vera dixeris. Quoniam Vlyses ipse veridicus, mendacij nullus redargui potest: Achilles autem verus & verus secundum sermonem tuum esse videtur: mentiri enim. Nam cum ea prononciasset carmina, quæ tu nunc recenitisti,

Ita magis est quoniam quam nigri lamia Ictis
Isctis nobis, aliud qui peltore claudis,
Isctis patam profert aliud quodcumque videtur.

II. ad.

Paulo post addit, quod neque ab Vlyse, neque ab Agamemnone perisadebitur, neque ad Troiam manebit.

Sed tras ipse toni reliquisse vbi sacra parero
Caliculis, carno cellas as litore nasos
In mare deducam prima quas luce videtur
Nare per Hellefonticam mare piscibus optima.
In quibus alpicis, capias modo vlyses, fortes
Edolisque viros venis incumbe, nam si
Neptunus ventis implebit vela fectaudis,
Tertia frugiferu Phthia lux sisset inoris

Item supra aduersus Agamemnonem iurgans ait, *II. ad.*

Nauibus ecce domum nigra, quia prælat, abibo
In patriam Phthiam: neque enim inueni optas ut hic te
Diuitius replcam vailis inglorius armis.

Hæc factus, tum coram omni exercitu, tum ad eius amicos, nusquam apparet, vel sæd opus accingere, vel naues trahere, ut domum reuerteretur, imò parum admodum curate, ut reuera sint que loquitur. Equidem Hippiam ab initio te rogavi, quum ambigerem vter horum apud Poetam præstantior haberetur, putaremque: vtrumque virum optimum esse, & difficile cognitu vter horum excellat magis mendacio, & veritate, aliâque virtute. Ambo enim in hoc quàm proximi sunt. II. P. Haud rectè discernis d. Socrates. Nam que mentiri Achilles, non est infidus, sed inuitus propter exercitum causam mentiri videtur, coactus restare atque succurrere, Vlyses autem sponte ac dolo. *SOCA.* Decipis me carissime Hippiam, ipseque imitatus Vlysem. *II. P.* Minimè omnium Socrates: quidnam dicis? & quæ ratione? *SOC.* Quoniam Achilleis non est infidus mentiri, qui vique adeo sedulo erat, atque infidator præter ipsam iactantiam, sicut fuge Homerum, ut tanto esset Vlyse callidior, ut ipsi vanitatem absconderet suam, dum corã eo contraria sibi ipsi loqui auderet, Vlysemque

fallere

falleret. Quocirca aduersus eum nihil inferre videtur Vlyses, utpote qui mendacium non aduertit. *II. P.* Quis ista dicis d. Socrates? *S. o. c.* Nescis quod postea ad Vlysem inquit prima luce se discessurum: ad Aiaceum verò non ita, sed aliter? *II. P.* Vbi nam? *S. o. c.* His in carminibus,

II. ad.

Diri nulla prius belli me cura tenebit.
Hæciora quam Priami natam venisse sub arais
Myrindonum naues tanto longa petentem
Audiero, premit Argivos qui Marte subaltos,
Quique ates ignem post h. ac iaculetur in ipsas.
Hæciora nanque meas naues, aut castra furentem
Haud reor asurum dubio contingere bello.

An ceteris Hippiam adeo obliuiosum fuisse Thetidis filium à Chirone sapientissimo eruditum, ut quum paulo antea in vanos istos iactatores vehementissima oratione inuictus esset, ipse confessum Vlysi quidem quasi vti ipsius oblitus dixerit nauigaturus se, Aiacei verò commortuorum: potius quam infidatorum, cum Vlysem cognosceret veteranum, cõmentitijque machinantis & dolis se longè potentior em illo fore speraret. *II. P.* Haud dolo dixisse ista mihi videtur Achilles, imò ipsa simplicitate per suasus, alter cum Aiace quam cum Vlyse fuisse loquutus. Vlyses autem, seu vera, sine fallat loquatur, semper infidias tendit. *S. o.* Melior ergo, ut videtur, est Vlyses Achille. *II. P.* Minimè d. Socrates. *S. o.* An non supra vili sunt qui sponte mendacium dicunt, meliores esse quam qui non sponte? *II. P.* Quodam pacto Socrates, qui scietes iniuriatur, volentes infidiantur, & lædunt, meliores esse possunt, quam qui hæc præter sententiam faciunt: quod quidem inul tum ignoscitur illi qui per ignorantiam iniuriam infert, mendacium loquitur, vel aliud quicquã committit mali: lægeseque in eos ferentius animaduertunt, qui volentes mala faciunt, mentiunturque, quam qui nolentes. *S. o. c.* Vides Hippiam vera me loqui, quum dico accuratum esse me ad sapientum virorum interrogationes: quumque in ceteris valde deficiam hoc tantum habeo boni. *Quæ enim natura ipsa reum sit, nescio, quod hinc maxime coniectate licet, quia quoties cum aliquo vestrum loquor, qui opinionone excellit sapientie, resque doctrinæ Græcos omnes habetis, scire nihil appareo. Nunquam enim idem mihi, ut ita dixerim, ac vobis videtur. Quod autem evidenter est inficitia, argumentum, quam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat?*

Argumtum inficitia est à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamè hoc habeo bonum, quod hinc seruat, quoniam si quis à sapientibus viris dissentiat?

ut in presentia existimem eos qui non sponte peccant, deteriores esse his qui sponte. Ergo tu mihi ignoscas, nec vlla inuidia te detineat, quoniam animum meum curas Multo mihi maius beneficium confertes, si inficitia liberaueris animum, quàm si argitudine corpus. Si hoc velis multis verbis efficerere, prædico tibi huc in modum te minime curaturum, neque enim assequar. Sinautè ita ut supra, respondere volueris admodum mihi proderis: spero autem tibi hoc haud noxium fore. Merito verò te nunc inuocabo Apemantem filium. Nam ipse me induxisti, ut cum Hippiam disputarem. Quare si nunc Hippias respondere noluerit, pro me ipse intercedito. *E. v.* Nihil opus esse arbitror meis ad Hippiam precibus Socrates. Neque enim id proposuit, ut coactus videlicet responderet: imò se libenter omnibus responsurum esse pollicitus. Nõnne hæc sunt Hippiam quæ dicebas? *II. P.* Dicebam equidem. Verum Socrates hic, d. Eudice, semper dicetes interturbas, & quasi præfignator quidam esse videtur. *S. o. c.* O vir optime Hippiam, haud sponte hæc facis, esse enim vti que sapiens secundum sermonem tuum atque altus. Verum præter sententiam ago, quam obrem ignosce mihi. Ais enim non sponte peccanti ignoscendum esse. *E. v.* Haud aliter facias Hippiam, sed nostri gratia, & propterea que supra tibi dicta sunt, responde ad ea que interroga Socrates. *II. P.* Respondebo quidquid, cum tu roges. Pete ergo quod lubet. *S. o. c.* Vchementer cupio Hippiam, quod modo dictum est, cõsiderare, vtri meliores sint, an qui sponte volentesque peccant, an qui contra. Spero autem hunc in modum rectissime posse considerari. Responde iam. Vocasne curiorem aliquem bonum? *II. P.* Equidem. *S. o. c.* Et malum? *II. P.* Ita. *S. o. c.* Nõnne bonus qui bene currit, malus qui malè? *II. P.* Certe. *S. o. c.* An non qui tardè currit, malè currit? qui autem velocius, bene? *II. P.* Proculdubio. *S. o. c.* In ipso itaque cursu celeritatis quidem bonum, tarditatis autem malum? *II. P.* Quid tum? *S. o. c.* Vter ergo cursor est melior vtrum qui sponte currit tardè, an qui secus? *II. P.* Qui vltro. *S. o. c.* Nõnne currere est aliquid facerem? *II. P.* Facere vti que. *S. o. c.* Facere autem aliquid operari? *II. P.* Profecto. *S. o. c.* Ergo qui malè currit, malum hoc, & turpe operatur in cursu, malum. Quid si turpe autem currit, qui tardè currit? *II. P.* Sanè. *S. o. c.* Nõnne igitur cursor bonus de industria malum hoc, & turpe operatur, malus præter propositum? *II. P.* Videtur. *S. o. c.* In cursu igitur deterior est qui præter voluntatem agit mala, quàm qui volens. *II. P.* In cursu planè. *S. o. c.* Quid autem in palæstra vter luctator est melior? num qui debita opera cadit? an qui inuitus? *II. P.* Qui dedita operæ. *S. o. c.* Ita videtur. Peius autem ac turpius in palæstra cadere, an deicere? *II. P.* Cadere. *S. o. c.* Et in palæstra igitur qui studio mala agit, & turpia, melior luctator est, quàm qui imbellicitate atque inertia? *II. P.* Videtur. *S. o. c.* Quidnam in omni reliquo corporis vtu nõnne qui corpore robustior atque aptior est, facere pro arbitrio vtraque potest, tam quæ robusti homines sunt, quàm quæ debilis, & pulchra & turpia? Quapropter qui habitu corporis præstat, quoties malè secundum corpus facit, volens esse, imbecillius autem inuitus. *II. P.* Videtur quoque idem circa robur contingere. *S. o. c.* Quid verò de ipsius viti cõninnitate dicendum? nõnne fortiosior meliorisq; corporis est, impena operæ turpes figuras contingere, deformis autem contra? quid tibi videtur?

Viri me hores qui ipse peccant can qui con-

II. P.

h. r. Quod & tibi. soc. Figuræ itaque concinnitas voluntaria ad virtutem corporis atinet, contraria verò ad vitium. h. r. Apparet. soc. De voce vero quid ais? Vtram meliorem affens? ex animæ voluntate dissonant, an ex inertia? h. r. Ex animæ voluntate. soc. Alteram vero peiorem. h. r. Absque dubio. soc. A. Vtrum bona optas habere an mala? h. r. Bona. soc. Vtrum eligeres pedes habere qui debita opera claudicarent, an qui inuiti? h. r. Eos planè qui de industria. soc. r. Claudicatio pedum nonne vitium est atque deformitas? h. r. Est. soc. Hebetudo autem nonne vitium est oculorum? h. r. Vitium. soc. Vtros igitur potius oculos eliges, eosne quibus sponte quis confusè videat vel peruersè inspicat, an contra quibus nolens malè aliquis videat? h. r. Eos quibus volens. soc. Ex his verò quæ tua sunt, potiora censes illa quæ malè agunt sponte, quam quæ inuita. h. r. Eiusmodi quædam videlicet. soc. An non & reliqua omnia, aures, nares, os, omniè que sensus ratio vna comprehendit, que docet sensus præter propostum peccantes, eligendos esse nunquam, vt potè qui prauè sint: eos autem qui esse iustitiam, tanquam bonos, potius eligendos? h. r. Mihi quidem videtur. soc. Quorum verò instrumentorum melior vsus? Vtrum quibus volens aliquis errat, an quibus nolens? Ceu gubernaculum, vtrum melius illud quo de industria quispiam malè gubernet, an quo inuitus? h. r. Quo de industria. soc. r. Nonne carus similitè, & lyra, & tibia, & cætera omnia. h. r. Vera loqueris. soc. Vtra equi anima ad possidendum melior, eâne qua sponte quis malè equitet, an qua inuitus? h. r. Quasi potè. soc. Est itaque melior. h. r. est. soc. Melior igitur equi animæ mala huius animæ opera volens quis faciat, contraria verò contra. h. r. Omnino. soc. Nonne eadem de anima cæcis cæterorumque animalum ratio? h. r. Eadem. soc. Verius autem sagittatoris animam tanquam meliorem eligeres? Illiusne qui volens aberrata signo, an illius qui nolens? h. r. Illius qui vitro. soc. An non hæc ad sagittandi artem melior? h. r. Melior. soc. A. Quare anima quæ aberrat inscia, deterior est ea que sciens aberrat. h. r. In sagittandi videlicet facultate. soc. Quid verò in studio medicinæ? nonne quæ medendo dedita opera mala quædam corporibus infert, quo ad medicinæ artem pertinet, peritior est, quam illa quæ per ignorantiam peccat? h. r. Planè. soc. Ergo hæc in medicinæ arte est melior. h. r. Melior. soc. A. Vtra verò ad citharam pullandam, vel inflandam tibiam, & alia vniuersi cuiusque artis, vel scientiæ opera est iustior, nonne ad hæc & melior? & si quando præter artem malè quid facit, de industria facit: quæ verò deterior, præter sententiam? h. r. Apparet. soc. r. Detur autem animas eligemus potius que scientes circa ministerium peccat, quam que ignorantes, quasi ad hæc opera meliores? h. r. Sanè. soc. Animam vero postquam, nonne quomodo optatim exoptamus habere? h. r. Nempe. soc. A. An non melior erit, si sponte mala facit atque delinquit, quam si nefciat? h. r. Graue id esset, o Socrates, si qui sponte iniuriatur, meliores esset his qui non sponte. soc. r. Ex his tamen quæ supra dicta sunt, sequi videtur. h. r. Mihi verò nequaquam. soc. Putarum Hippia idem tibi quoque videtur. Responde igitur iterum. Insititia nonne vel potentia quædam est, vel sciētia, vel virtus? An non necesse est aliquid horum esse iustitiam? h. r. Necesse. soc. Si potentia quædam animæ iu-

stitia est, potior anima, iustior erit? Melior enim, o vir optime, hæc talis nobis apparuit. h. r. Apparet. soc. Quid verò si scientia iustitia sit? Nonne que sapienter anima, illa iustior: que insipientior, contra iniustior? h. r. Ita est. soc. Quid si virtus? An non que ambo hæc habet, scientiam scilicet & potentiam, iustior erit: quæ sciētiam non habet, iniustior? Nonne ita rem se habere necessarium est? h. r. Apparet. soc. Quæ verò potentior, & sapientior est, ea melior apparuisse, & ad vtraque tam pulchra quam turpia cuncta quamlibet actione peragenda paratior? h. r. Certè. soc. Quoties itaque turpia facit, volens facit propter artem atque potentiam. Hæc autem, vel ambo, vel alterū, ad iustitiam pertinet. h. r. Videtur. soc. Enimvero iniuriarum, mala facere est: non iniuriarum, bona. h. r. Sic est. soc. Nonne ergo potentior ac melior anima, quoties iniuste agat, sponte agat? Praua autem contra? h. r. Apparet. soc. Nonne vir bonus, qui apertam habet bonam? Malus contra, qui malam? h. r. Absque dubio. soc. Quam obrem boni viri est, sponte iniuriari, mali autem non sponte, si quidem bonus vir animam bonam habet. h. r. Habet quidem. soc. Si quis est iugiter hominum qui sponte aberrat, turpiusque, & iniusta committat, haud alius est, o Hippia, quam vir bonus. h. r. Concedere tibi ista non possum o Socrates. soc. Neque ego ipse mihi Hippia, veruntamen ex superiori sermone necesse est in præsentia nobis ita videri. At verò vt supra dicebam circa hæc semper sursum deorsumue deo, nec in adem perfisio sententia, nec mirum est me, meque similes, rudè que homines ad contraria circumuagari, si & sapientes vos obreteris. Id autem nobis graue malum, si neque etiam ad vos profecti errare cesseremus.

CHARMIDES, VEL DE TEMPERANTIA. MARSILII FICINI APOBENTH.

Studium Socratis in hoc dialogo est, omnes quidem ad temperantiam cohortari: Tres vero præcipuè, scilicet adolentes, & nobiles, atque pulchros. Adolentes quide propterea, quòd eia morbis adhibenda est medicina. Principijs obest, sero medicina paratur, cum mala per longas inualere moras. Nobiles quoque, tum vt ostendat veram in virtute nobilitatem esse penondam tum quia nobiles pleiunque ceteris exemplo sunt, & quotide ad vniuersam admittuntur, transiitio si mali sunt, humani generis detrimento. Formosus denique, cum in potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quòd fit, vt magis egènt medicina. Præterea formosi, si uideantur, vt quemadmodum natura corpori breuè tradidit pulchritudinè, sic ipsi vicissim Deo nature auctori, sempiternam animi vultitudinè. Neque verò peritendum est, vt cum exteriora nostra mentis sua pulchritudine placeant, interiora interim sua deformitate displicent. Et si omnia in hoc dialogo misceat habet allegoria, anatoris maxime, vò aliter quæ cæca Salomonis, mutati tamè nonnihil, nonnihil etiã prætermisio. Quæ enim consonantè castigatissimi auribus Atticorum, auditoribus fortè auribus nimis consonant, quæ minus consonant, dicere non Platonis esse, sed Chroni. Tria verò in ipso exordio nota danda sunt in primis, quæ amor ab hæc forma corporis ad incorporatè transferant pulchritudinem. Primum, quòd inquit Socrates se inter pulchros habere, & pulchritudine, nihil differens, sed pulchros sibi cunctos æque placere: quasi dictum, non in vitium corporis formam sistendum esse pedem, sed ad ipsam communem speciem totius pulchritudinem ascendendum. Quæ cum vna fit in multis, idem pulchritudinis vna refertur super multa. Quæ aliquid igitur ab individuo ad speciem, & a specie ad idem cogitando transcendimus: & ab amore formæ habitus, ad amorem communis formæ primo, deinde ad formæ idealis amorem.

amare pergere ad amorem. His addidi Socrates corporis pulchritudinè non propriè, vt se amata, sed tanq diuine pulchritudinis imaginè nobis excellens in illa, habet postremò nudatè animam, corporisq; forma post habitū deorsum animam, in naturæ inspicere, in studio comparandæ diligentiè adhibere. Et interea corripit Charmides, qui nescio quid de nudando quasi in palestra corpore dixerat. Neque iniuria exhibitio, ad temperantiam ad pulchritudinem corporis exorditur. Itæ enim temperantia quemadmodum est linearis, atque coloris. Sed ab hac proximi transiit ad corpus sanitatè, quæ ab hac ad animi ipsius ornatu, quæ in affectu temperantia est, ipsa motiōis scilicet moderatio. Et in cogitatione quædam similitudo est temperantia, in quadam intelligentie in rebus qua intelligitur concinna cogitatio esse scilicet, vt non immerito Pythagoras temperantiam virtutè omnium esse dixerit (habebimus, tam publicè quam priuatim humane societatis consuetudinè: præsertim in cura & iustitia temperantia quædam sit, id est concinnitas in conuictu ando distribuendoq; moderatio. Profectò quamuis temperantia proprie circæ cohædit, beneuolentia libidines voluptatib; resistit, autè similitudine quædam transferitur, & ad cupiditates omnes ampuandus, & ad illa que inuitat moderantia, vt etiam officij fortitudinis in audacia, timorisq; moderatio referretur, similitudo iustitiæ in præmiorum perarationeq; moderatio, liberalitatis quoque in erogandi modo deniq; totius vitæ salus, vt nequid nimis. Hinc Pythagorica illud. Mensura omnium optima. Sed memento illor in Thælo ne uari temperatos esse, qui corpore & voluptatib; gratia ad voluptatibus abstinere. Iubet enim actiones mortales ad purgandam mentè referri, conseruanda sapientiè diuinamq; similitudinè gratia. Tanta verò est excellentia temperantia, vt & cæ omnes in operibus suis obseruent artifices elegantes, & ipsius virtute non solum corpus sub luna qdlibet, vt neciam celum ipsam vniuersumq; seruetur. Quod in Gorgia sapienti testimonio confirmatur. Hinc illud simile, dispositio dicitur sanè iustitiam. Item in numero. ponderè mensura cuncta dispositio, sic iam ad dialogum reuertamur. Socrates dam ex festiuitate maiorū v erat curari corpus aut equam curat animas, vniuersè quos improbat, qui minima curant, maxima negligunt, veluti qui equis & canibus agrotantibus remedia quarant, in suis verò corporis & animi morbis medicos minime consulunt. Minima quæque suppellestilia vite componunt, ipsi interim & animo & corpore incompositi. Interperato animo citharam temperant. Quotidie aliena curio sit trahant, propria deserunt. Omnia verò præter animam ipsam nobis sunt aliena. Ideo corporis medicinam solum appellat, rem, eam fragilem, & omnino mutabilem, ac penitus contentendam. Significat etiam multa inuicem in compositum corpore tum fortune ob interperantiam frequentè vt accedere, atque contrà complurima bona per temperantiam promoueri. Item animam per seclè compositam quæ necne accidit, tam & prudenter disposita, & æque tolerata, vt nihil tandem euadat in malum. Incomposita verò animo nihil bene, vel in corpore, vel extra posse coponi. Exponit autem in Cratyllo nomen temperantia Cratum Sophoclyem, quasi saltem in quorundam consecrationeque prudentia. Putat enim animo temperantiam luminè omnium inuicem fuisse ideò que si in seipsum profusus inspicit, vera ita se omnia conspiciat. At verò quo minus inspicit, in causa est immoderatus ad corporeque affectus: quòd fit, vt temperantia opus sit primis per se expulsa perturbatiōum caligine uenit facta serenos diuini solis lumine abundè circumfundatur, vnde sapientiam primam reuereret, deinde prudentiam adipsatur. Quoniam igitur temperantiam sapientia prudentiaq; comitatur, ideo Plato sepe alibi, & in hoc dialogo (sub ipso temperantia nomine sapientia quoque vult, & prudentiam contineri. Monet autè Socrates Charmidem, vt recipiat in seipsum de temperantia verba facturus, nam hæc ipsa in seipsum conuersio, est huius virtutis officium. & quisquis in seipsum penitus conuersus fuerit, tum per ipsam temperantiam idem inuicem in seipsum, humanam intelligit temperantiam, tum moderationem ipsam agnoscent, qua deus animæ partes ab iniuriā interim temperantia, cognoscat qua ratione sit affectus animi temperantiam. Accidit ad hæc quòd in hac præcepto significat nonnihil nisi temperantiam de temperantia loqui ad persudandum vel debere vel posse. Præterea traditur in Timeo, esse consonantiam quædam animæ tam ad seipsum quam ad corpus modulatione, non bis prospera cuncta coteritur. Quinetiam Pythagorici, quos Romanus in suis in corpore moderatè perperamus vniuersis, sanitatem, & duritiam vti am corpore pollicentur. Quod quidem plebisque sapientibus sanctisque viris pronuntisse competita & Censorinus, & nos habemus. Ad eandem quoque causam aut similitè diu

turnas præcorū vitas nonnulli referret. Sed additur bis aliquid mirabilibus. Magos carminibus suis immortalia aut corpora polliceri. Magice carminibus Platone in Alcibiade, nihil aliud quam diuinum cultum esse dicit. hic insuper addidit, non magis tantum carminibus, verum etiam philosophicis rationibus & temperantiam animi, & corp' vel semper, vel diu salte peul à morte. Item, profectò oratio illa, quæ temperantiam auditiu' omnino sit per se sua, atque insuper affectura duo potissimum exigit, sit per se iustitiam, & rationes ad philosophicè paratæ. Atque orationem à duobus his composita Plato incantationè nominat magice. Quæ Thab' primo, deinde Pythagorici moribus ab animo & corpore mirabiliter expellat. Neque verò saltem patari debet, corpus sub anima penitus temperata immortalè esse, posse & sub interperata in moribus, & mala labi. Id enim Mosia de primi viciatitiam statim; atque ipsi mysticè continet. Atque, Aicenna sequens Platonicos & Hippocrate, probat animæ ex ipsa sui natura ad materiam omne ex opere, vt cum prima in seipsum viciatitiam resistit, possit, elementa mundi mira quada virtute manere, atque habere in corpore quævis imperia quoque fit, vt multo magis possit in proprium. Quod quidè & ab initio. Ad potèr experiri, & quidè parat. Enoch & Elias, & nonnulli suspicatur euange illa aduer ratione quædam simili viuere. Sed de his omnib; in Theologia nostra latissimè disputamus. Deniq; vt summam dicam, mira in hoc virtutis temperantia declaratur, quod animi infestior in deteriora prolapsus scilicet insipienti resistit. Declaratur & mira potestas animi, à quo omnia bona, quæ mala in corpore desunt, & quo volente corpus seruari valeat incorruptum. Quod quidem Mosia mysticè ferè vndiq; consonat. Post hæc serpus quid sit temperantia queritur, quod quidè neque Charmides, neque Critias vnaque ab soluit. Ille enim non temperantia proprie, sed que comitatur eam, adducit in medicis, aut quæ ad prudentiam magis pertinet: & id quid semper incipit videlicet vt declaratur non esse cuiuslibet de virtute ita declarata differere. Inter ea nota præcori sacerdotè coheret in factis & in libationis patet, ita seruari præcipuè colere, vt declaratè in seipsum, modica, fons omnis, vt in Legib; Plato refert, sed ioua prouidentia disposita que serua. Sed ad Critia inceptis valedimus, dicitur esse scientia quædam que ita est, quæ scientias omnes citat, verò ipsas quarum sunt scientia, nesciant. Quod quidè ideo est absurdum, quia veritas ipsa rationis scientiæ in ipso eorum quæ sciatur quales scientia eorum congruentiaq; consistit. Præterea neque, per seclè, ipsa potèr scientia, nihil que scientia sit dispositio, etiam id verò nisi res cuius sit habitus, haberi non potèr. Itè consistit Critias posse aliquid que nullo modo cognoscit, interim cognosceret si non posse. Id autè Socrates idcirco non recipit, quoniam quæ nullo modo sciuntur, non possunt interior quodammodo sciri. Quisquis enim animas dicitur si aliqd ignorare, eo ipso agnoscat & se carere. Si ita iudicat, ergo iam notione ipsius, quædam in seipso deseripit, per quæ iudicat & se carere, quo præcipuè carcat. Quo fit, vt quicunque itè aliqd se ignorare cognoscit, interea rē ipsam non profusus ignoret, imò generalitè quædam adueratione deseribat generalitè inquit, propterea quòd in specialitè vni distictio scientia perfecta consistit, quæ omnibus diuinationibus suis Plato perquiri. Vbi verò Socrates iudicat agnoscenti se nihil scire, iudicat enim, etsi non specialitè, generalitè tamen verū deseripione habere, alioquin ignoranti iudic non posset agnoscere, idè què dum sciebat nihil sciebat quodammodo eundem. Quonia verò Critias sermone de temperantia tradaxerat ad prudentiam, & id videm licentia quædam Platonicæ, Socrates prudentiam asserit id est boni malique sciētiam autoritatè summam ad beatitudinem obtinere, tum quia & boni finem, & bona ad ipsum media ipsa demonstrat, tum quia omnes ita res quæ autem quæ omnia ab ipsa reguntur, motus conducat ad bonam, contra verò nequaquam. Postremo docet Socrates nihil distictius vel definiti vel comparari quam temperantiam. Distictius verò definitionis inde procedit, quòd vix à ceteris virtutibus quarum ipsa consonantia quædam est, discerni potèr. Adde quòd ita distictius non intelligitur, vt bisque ex primis, quato distictius intrinsecè possit dicitur. Profectò cum ex ipso corpore commercio maxime ad vniuersitatem imperantiamq; proclinet sumus, in eaq; ab instantia vniuersitatis, distictio temperantia adipsissimum. Præterea primis serpus affectus videtur nonnihil interdū vel ad fortitudinem per irā audaciam; esse referre, vel ad prudentiam, vel ad patientiam per dolorem, vel ad iustitiam liberalitatèq; per amorem. Temperantia verò temperantia omnia opponitur, cum enim in summa quædam tranquillitatis solis collatè possit, à quonia affectu vndiq; impeditur. Aget quoque distictius aut, quod fit in corpore consonantem omnino harmoniam membrorumq; temperantiam, sic in animo harmoniam suorum omnium temperantiam reperit